Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8179
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Post communionē gnalem finitā: aut si ea non fit: postq ipe sumpserit sanguinē: expectat apud altare papa uenturū: ut ei mitram leuet

Medius inter duos assistentes firmat se post papam ap altare existentem: ubi in tempore cantat Ite missa est.

Dum per epm assistentem publicatur indulgentia stans ad dextram papae leuat ab humeris suis eius paliū: quod osculandum ei offert.

Post missa paratus reducit: ut conduxerat papa ad camerā: ubi illū exuit cū osculis pouamentorū eodem ordine: sic in ducendo fecerat

Et in fine pro sui ministerij mercede: qd uiaticum appellat. ex uetusto ritu Donatur Crumenula cum xl^ta solidis: qui ee uidentur carleni quattuor in totum.